



Habo III. 2788

47

PLAUSUS
MUSARUM
LYRICO-PARODICUS,

Quem

V I R O

ADMODUM REVERENDO, AMPLISSIMO
PRÆCLARISSIMOQUE

DN. MATTHIÆ LANGIO,
Serenissimæ Principi ac Dominae,
Dominae Annæ Mariæ, Principi Vi-
duæ ab Eggenberg &c. &c.

Sempronii in inferiori Hungaria,

à Confessionibus & Concionibus
Aulicis,

Literarum Fautori & Patrono optimo,

Ipsa Feste S. Matthiæ

diem, Nomini clarissimo sacrum, agenti,

editum,

MÆCENATI AC EVERGETÆ SUO INCOMPARABILI

Anno Salutis recuperatæ clæ lꝛe LXXVI.

dicat & transmittit

Ejusdem

Clens & Cultor piissimus

Georgius Deucher/ Neosolio-Hung.

Philos. & SS. Theol. Studiosus.

TYPIS JOHAN. BORCKARDI. ACAD. TYPOGR.



Ad
Mæcenatem suum

Prefatio.

(Parodia Odes XX. Lib. I. Carm. Horat.)

Vile ne spernas rudibus Poëma
Versibus, venâ quod ego imbecillâ
Conditum misi, datus à Cæcænis

Quum TIBI plausus,
Grande, Mæcenas, decus: ut clientis
Vincta mens donis, simul & novena
Pangeret laudes TIBI Turba montis

Incola Pindi.

Frigidum, & crassâ positum Minervâ
Tu leges metrum: mea nec Maronis
Temperant gemmæ, neq; Flacciani
Carmina nervi.



Introductio Musarum,
ab Apolline facta.

(Parodia Odes XXXIV. Lib. 1. Carm. Hor.)

Novem Dearum Praeses & Arbiter,

Lyræ sonanti dum modulamina
Peritus apto, nunc vicissim
Vota dare atq; iterare versus

Volo dicatos. Namq; Diespiter

Ortu coruscò nubila dissipans,

Sacrum diem nobis referre

Cogit eqvos volucremq; currum,

Qvò chara Mater, qvò pia pignora,

Qvò nos, & excelsa inclyta PRINCIPIS

Virtus, Amicorumq; candor

Gaudet ovans. Velit huncce sæpe

Redire, & insignem esse diem, DEUS,

Serena mittens. Huic numeros novos

Offerre cum voto decenti

Nos decet. Hæc posuisse plaudo:

Phœbus.

(Ad imitat. Ode XXXV. Lib. 1. Carm. Hor.)

OJOVA, coelum qui regis & solum,
Præfens, vel ipsis eripere hostibus

Fidele vulgus, vel superbos

Tollere de medio Tyrannos,

A

Te

Te *Præses* ambit flexanimâ præce
 Turba *Novena*: Te Dominum omnium;
 Quicumq; fatis lacrymosæ
 Tristibus Hungariæ movetur.
 Te *Panno* mœstus, Te *profugi Viri*,
Patresq; Matresq;, & *juvenum* tobors,
Gregumq; *Mystæ* credulorum, &
Aonidum metuunt *Magistri*,
 Prorsus minaci ne pede proruas
Verbi Lucernam: neu *Satanas* ferox
 In omne credentes, in omne
 Flagitium tenebrasq; ducat.
 Te, quæso, tangat tanta necessitas,
 Acres dolores, ac *Patriam* modis
 Gemens anhelis; nec cruentus
 Hostis abest, variusq; raptor.
 Te *Spes*, & uni vera *Fides* colit
 Innixa Verbo: nec Dominum abnegat,
 Utcunq; *depulsâ* *Sacratas*
Luce domos *meliore* linquis.
 At vulgus infidum ac animæ retro
 Cedunt leves, & diffugiunt, malis
 Cum morte densatis rogisq;
 Ferre jugum pariter dolosæ:
 Serves *fidelem LANGIUM* in ultimos
 Ætatis annos: & *redutem recens* *
Bigam: *Jebusæis* timendos
 Patribus hæreticûmq; turmis:
 Eheu! *procellarum* & *spolii* fat est
Pœnæq;. Quæ non dura pependimus
 Pressi? quid indignumq; passi
 Non sumus? anne manus *Celano*

* *Adm. R.*
Dnn. M. J.
C. Bartbi-
um, & C.
Sobirfchi-
um, Eisen-
stadió nu-
per revero-
fos Sem-
pronium.

Tectis

Tectis dicatis continuit? sacris
Pepercit aris? Outinam tuum
Furore concedas represso in
Pannonia resonare Verbum!

Calliope.

(Ad imitat. Odes XXXI. Lib. 2. Car. Hor.)

Quid? gratulanti jungar Apollini
Vates? quid orem? sidere nunc novò
MATTHIÆ obortò? non opimas
Italiae segetes feracis.

Non fructuosæ cana Borussia
Electra: non aurum Hungaricum aut merum:
Non rura, quæ mordet sonanti
Ister aquâ, numerosius amnis.

Condant avitis vina, quibus dedit
Fortuna, cellis: dives & horreis
Arator expromat refertis
Dona labore parata multò,

Charus DEO ipsi: quippe ter & quater
Uncò revellens dente probos agros
Impune. Mî multum bonorum,
Mî quoque sufficiet Clienti,

Frui Patronò si validò bene,
Jehova, dones: at, precor, integra
Cum mente, nec tristem senectam
Degere, nec Patriâ carentem!

A 3,

Clio.

Clio.

(Parodia Odes VIII. Lib. III. Carm. Hor.)

Martias sextò quid agam *Calendas*,
Quid velint versus & amica *Cluus*
Verba, scitaris, positumq; donum in
Carminè vili,

Docte caelestis monumenta Verbi,
Voveram tales numeros & alto
Numini grates, nimis obligata
Nominè multò,

Hic *dies* annò redeunte *festus*
Lugubres questus, age, dimovebit
Pectori, multò gemitu infecutos
Tristia fata.

Sume, *Macenas*, humilis Clientis
Debitum votum: vigiles labores
Profer in lucem: procul omnis esto
Mœror & ira.

De tuo paulùm grege mitte curas:
Desinet *Sauli* minitantis agmen.
Turca crudelis sibi luctuosus
Sæviet armis.

Occident, nostræ gravis hostis oræ,
Tbraces, haud nobis aliàs domandi;
Atq; jam *Mavors* meditatur almam
Pangere pacem.

Sedulus, ne qua populus laboret,
Parce nunc angî nimum, atq; lætus
Sacra MATTHIÆ celebrans ovandò
Linque severa.

Erato.

Erato.

(Parodia Odes XX. Lib. II. Carm. Hor.)

Non fabulosos, nec tragicos agam
Modos, *bisulci culminis incola*
Vates, neq; in luctu morabor
Longiùs, *invidiâq; major*
VIR est lanendus: non ego tot tuis
Obstricta donis, non ego, quam foves,
TE, *summæ Macenas*, silebo,
Zoileâ aut cohibebor irâ,
Jamjam redundant pectore murmura
Plausus, & omni jam feror impetu
In vota, reddunturq; blandæ
In citharis fidibusq; voces.
Nam Thraciô vel crebriùs Orpheô
Canam *celebris nomina LANGII*,
Laudesq; per mundum volantes,
Semper, Olympiacosq; campos,
Te *Cymber*, & qui conlociat sibi
Cultas *Camœnas*, *Tento*, ut & *exteri*
Noscent *Britanni*, Te remotus
Gallus, *Iber*, *Tibridisq;* *potor*.
Absint benignô pectore noxia,
Curaq; tristes & violentia.
Compesce mœrorem, ac tumultus
Mitte dolorificos pavores.

Euterpe.

(Ad imitat. Epodi X. Horatii.)

Bonâ coorta sit dies *hæc alite*,
Decorans verendum LANGIUM,
Ut *coelicis* utrinq; tuteris *VIRUM*,
Numen, precor, *Custodibus*,

Diu

Diu salutis *Myths* collecto gregi
 Divina Verba prædicet.
 Exurgat *bic VIR*, quantus omni tempore
 Divus *Lutberus* claruit.
 Nec *Momus* atrò dente iniquus mordeat,
 Quò tristis *Alecto* fremit.
 Feliciore sed fruatur fidere,
 Quàm *fida Pastorum* cohors,
 Quum *Clerus* ausu vertit iram fervidò
 In pressum *Evangelii* gregem.
 O quantus adfuit *hostibus* sudor tuus,
 TIBI QVE Tutor præpotens;
 Et diva non tacenda *Providentia*,
 Preces & excelsum ad DEUM;
Tartareus altis cùm superfluens sinus
 Undis *Carinam* texerat.
 Opima si non præda, CHRISTO vindice,
 Optata corvos juverit,
 Ardentes immolabimus preces,
 Gratesq; summo Numini.

Melpomene.

(Ad imit. Ode X. Lib. IV. Carm. Horatii.)

O Indemnis adhuc, & Domini præsidio potens,
 Exoptata Tuo dum radiat *Lux sacra* Nomini,
 Et, quæ nunc animos discruciant, defierint minæ,
 Nunc &, qui dolor est iustificata sorte prior necis,
 Pulsus, LANGIADEN in senio liqverit algido,
 Cantabo (quoties Tu *vegetus* videris *hunc diem*)
 Quæ mens antè fuit, cur eadem nunc quoq; non fiet?
 Vel cur *his numeris incolumem* non decorem VIRUM?

Poly-

Polyhymnia.

(Parodia Odes XXVI. lib. III. Carm. Hor.)

FUdi *q̄verelas* nuper acerbius,
Et *fata* planxi non sine lacrymis;
Nunc *metra* defunctumq̄; luctu
Barbiton illa dies habebit,

Festum Patroni quæ facilis sacrum
Reducit: hîc, hîc tangite consonam
Testudinem, & chordas & æra,
Lætitiæ variæ dicata.

O qui beatum, summe, regis Polum, &
Terram, parentem multigeni boni,
Jehova, scutô præpotenti
LANGIADEN rege gratiosè.

Terpsichore,

ad sorores, Musas.

(Parod. Odes XIII. Lib. I. Carm. Horat.)

Quam tu, *Gens pia*, LANGII
Virtutes, merita & robor LANGII

Laudas *enthea*, vah meum
Totum lætitiæ pectus agit modos.

Nunc & mens mihi, fundere
Votum corde, manet: motus & in sinû

Multus labitur, arguens,
Quàm plenô afficiar nunc ego gaudiô.

Lætor, seu venerabile
Ornavit caput hoc *dignus honor nova*

Spartæ: Sive DEUS potens
Repressit rabi dum more suo *Lupum*.

Non, si nos DEUS audiat
Speret perpetuum, *parvula* callidè

Lædentem *agmina*, quæ bonus
Pastor rore sui sanguinis eruit.

B

Peli

Felices ter & ampliùs,
Hunc audire VIRUM copia quæ datur,
Divulsum nec eis mala
Supremâ citiùs fors rapiet die!

Thalia,

seipsam alloquitur & excitat.

(Parodia Odes IX, Lib. I. Carm. Hor.)

Vides, ut *almus* det metra candida
Apollo, nec jam detineant sonos
Musa remulcentes, *lyra*q;
Ludere desierint acutâ.
Ex tolle vocem, verba decentia
Longè perorans: atq; benigniùs
Exprome conninum sonoris,
Grata Thalia, melos cicutis,
Permitte *Jovæ* cætera: qui simul
Prostravit *hostes*, milite fervido
Depræliantes, nec *coloni*
Nec celebres violantur *urbes*.
Quid sit futurum, nunc fuge quærere, &
Quem lux diem nunc orta dedit, *jocis*
Consume, nec *plausus* suâves
Linque, *modos* neq; gaudiorum,
Donec *Patrono* prosperitas adest
Longæva. Nunc & *buccina*, & *organa*,
Dulcesq; *Pandura* susurri
Compositâ repetantur *horâ*,

Nunc

Nunc & latentis proditor intimo
Votum hoc amoris pectore redditum,
Et pignus affectus perennis,
Ac animi bene gratulantis,

Urania.

(Adimit. Oda XIX. Lib. II. Carm. Hor.)

Phœbum in bicorni Carmina vertice
Seqvar canentem, (cedite tristia)
Musasq; gratantes, sonosq;
Cornicinum modulantiùm acutos,

Evax! recentes mens iterat modos,
Plenoq; Phœbi pectore plurimùm
Lætatur. Evax! vive, LANGI,
Vive, piò decorande votò.

Fas liberales esto mihi manus,
VIRIQUE dotes, oris & uberes
Cantare rivos, atq; paulùm
More meò resonare laudes,

Fas & celebris muneris additum
Primis honorem, punctaq; PRINCIPIS
Summæ, DEO dicente, lata,
Mentis & atbereum vigorem.

TU flectis æthram, TU fera pectora,
TU temperatis fervidus in minis
Verbò coërces æviternò
Hereticùm sine felle rethnas.

TU, cum Tonantis Tecta per Hungarum
Rasæ Cohortes abriperent solum,
Multos obivisti labores
Fortiter intrepidaq; mente.

TR

TE mordet ater Spiritus, entheo
Verbô potentem, sapius instruens
Dolum, atq; repulsus virulentâ
Arte suâ nequit esse damno.

Anagrammatismus:

Matthias Langius
Ah mittas Singula

Ab DEUS, & Pacem Patrie & tua Dogmata *mittas*;
Arcens Patrono *singula* damna meo!



Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







Farbkarte #13

B.I.G.



bo III. 2788

47

IS
UM
DICUS,

O, **AMPLISSIMO**
QUE

LANGIO,
i ac Dominae,
æ, Principi Vi-
erg &c. &c.

ori Hungaria,
Concionibus

rono optimo,
thia
rum, agenti,

UO INCOMPARABILI
o Iac LXXVI.

simus
solio-Hung.
Studiosus.

CAD. TYPOGR.

